



Pub. 3. num. 2
Lit. A. 43.

22

DISSERTATIO INAUGURALIS
OBSERVATIONES
QVASDAM
IVRIS PVBLICI
AD MEDII AEVI MORES
COMPLECTENS,

1723, 4

5
/

211

QVAM
EX SINGVLARI FAVORE ET INDVLTIV
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
DECANO ET PROMOTORE
EXCELLENTISSIMO AYOVE CONSVLTISSIMO VIRO
DOMINO

JO. WILHELMO GOEBELIO
J. V. D. ET P. P. O. CELEBERRIMO
PRO OBTINENDO
DOCTORIS GRADV

TVEBITVR
PRAESES
SIMON FRIDERICVS HAHN
HISTORICAR. PROFESSOR P. O.
RESPONDENTE

RVDOLPHO AVGVSTO NOLTENIO
SCHENINGENSI, LL. STVD.
AD D. OCTOBRIS
H. L. Q. C.

HELMSTADII
LITTERIS SCHNORRIANIS.



DISSERTATIO IN ACADEMIA
OBSERVATIONES
QUASDAM
IN RE PUBLICA
AD MEDICAE VITIUM
COMPLECTENS


EX SINGULARI FAVORE ET INDULTU
HUIUS RECONSILIORUM ORDINIS
DECANO ET PROMOTORE
EXCELLENTISSIMO AUCTORIS CONSENSU PRO
DIGNO

IO. WILHELMO GOE BELLO
I. D. ET P. O. C. L. E. R. R. I. M. O.
PRO OBTINENDO
DOCTORIS GRADU

AVSTRIAE
P. R. A. E. S. S. E.
SIMON FRIDERICUS HAHN
HISTORICUS, PROFESSOR P. O.

RESPONDENTE
R. A. D. O. L. P. H. O. A. V. G. V. S. T. O. N. O. T. E. N. D. O.
S. C. H. E. M. I. N. G. E. N. S. I. M. S. T. U. D.
A. D. O. C. T. O. B. R. I. S.
M. D. C. C. C.

H. E. I. S. T. I. N. I. I.
L. I. T. T. E. R. I. S. S. C. H. O. R. I. A. N. I.





§. I.

Vs publicum in medio etiam
aevo cultores suos habuit sol-
lertes, atque pro temporum
ratione strenuos instauratores, ex qui-
bus in praesenti e multis paucos, A-
DALHARDVM (a) scilicet, eiusque
A 2 com-

(a) ADALHARDVS senior,
genere ac nobilitate sum-
mus, & cum CAROLO M.
propinquitatis vinculo con-
iunctus erat, utpote qui pa-
trem habebat BERNHAR-
DVM, CAROLI MAR-
TELLI filium, PIPINI Regis
fratrem. PASCHASIVS
RADBERTVS in vita Adal-
hardi, §. VII. p. 310. Adalhar-
du enim esset regali prosapia,

Pippini magni Regis nepos, Ca-
roli consobrinnus Augusti, inter
palatii tyrocinia omni mundi
prudencia eruditus est. IDEM
§. LXI. p. 331. Adalhardus Ber-
nardi filius fuisse fratris magni
Pippini Regis - - non abnu-
tur. GERHARDVS, sylvae
maioris Abbas, in vita Adal-
hardi §. IV. p. 346. Adalhardi
genitores non silet antiquitas, &
ideo quantae nobilitatis fuerit,
sle-

re non potest posterius. Secun-
 dum enim totius generositatis
 genealogiam - - - Bernardum
 fratrem magni Pippini Regis
 habuit patrem - - - consobri-
 numque & collegam sub alias
 scholares - Carolum Imperato-
 rem. C. laudatum PASCHA-
 SIVM RADBERTVM in
 vita Walae. c. 1. p. 458. & in-
 ter recentiores FRANCIS-
 CVM HARAEVM in Annali-
 bus Ducum Brabantiae T. 1. p.
 45. 46. GOLDASTVS in prole-
 gomenis ad Constitutionum Imper-
 rialium III. tomum, Comitem
 Palatinum & Brabantiae Du-
 cem Adalhardum, minus tam-
 en recte vocat. Totus
 enim diuersus est noster ab
 Adalardo palatii comite,
 cuius ANNALES LAV-
 RISHEIMENSES ad a. 823.
 24. meminerunt, quique
 posteriori isto loco diser-
 tis verbis appellatur minor,
 & Suppone defuncto, Spo-
 letanum principatum Lu-
 douici pii Imperatoris be-
 neficio consecutus esse di-
 citur, licet vetus INDEX
 SPOLETANORVM DV-
 CVM, a MABILLONIO,
 T. 1. Musci Italici parte II. p.

64. euulgatus, Adalhardum
 minorem aequae ac Suppo-
 nem omittat. Adalhardus
 senior contra, Dux, Spoletanus
 nunquam fuit, sed
 narrante PASCHASIO, d. 1.
 p. 313. 332. vtrumque Corbei-
 ense monasterium, vetus,
 siue aureum, & nouum,
 Gallicum, & Saxonicum, ipse
 Abbas cum laude ad-
 ministravit, ita vt tres Adal-
 hardos eiusdem aetatis, mi-
 norem scilicet, Palatii sacri
 Comitem & Spoletanum
 Ducem; Adalhardum no-
 strum seniore, Corbeien-
 sem in Gallia & Germania
 Abbatem; eiusdemque co-
 gnominem discipulum &
 familiarem, sanctitatis fama
 inclutum, seu Adalhardum
 iuniorem curate distinguere
 fas sit. Neque persuadebit
 GOLDASTVS, Adal-
 hardum seniore Brabantiae
 Ducem existisse, licet
 patrimonium in Brabantiae
 pago Campinensi, & vicino
 Leodiensi vtrique habuerit,
 & in isto Gomplas atque
 Molas, in hoc Biringuas &
 Montes Aquarum specia-
 tim possederit. CHRONI-
 CON

CON CORBEIENSE MSS. a MABILLONIO in observationibus praenitiis ad S. Adalhardi vitam §. III. p. 307. excitatum, ad a. 881: Normanni totum patrimonium beati Adalardi, videlicet Biringuan, Monstem Aquarum, Complas & Molas combusserunt. In ANNALIBVS METENSIBVS certe ad a. 771. non Ducis, sed Comitis titulo insignitur, & abADELMO pariter inter Comites & primates connumeratur ad d. a. De morte MABILLO- NIVS suspicatur in notis ad PASCHASIVM p. 337. sub l. a. incidisse eam in annum 826. Meo iudicio non satis accurate, etiam si ANTONIVS PAGIVS parimodo calculos subducere, & MABILLONIVM sequi videatur, T. III. Criticae Historico Chronologicae in Annales Baronii ad a. 826 n. XXII. p. 931 & CORBEIENSIS ANNALES p. 369. 70. eundem annum habeant. Scrupulum enim & dubitationem vetustior ANNALISTA SAXO iniicit, cum p. 188. Adelhardum Corbeiensem

Abbatem a. 825. obiisse, dilucide scribit. Imp. in grauioribus quibuscunq; causis, non alius magis, quam huius viri consilium deligere, idque de eius sententia capere consueuisse, HINC- MARVS REMENSIS auctor est, de recta noui ac iuuentis Regis institutione, T. II. operum n. XIV. p. 201 Adalhardum, inquit, senem & sapientem, domini Caroli magni Imperatoris propinquum, & monasterii Corbeiae Abbatem, inter primos consiliarios primum, in adolescentia mea vidi. Cuius libellum DE ORDINE PALATII legi & scripsi &c. Adeoque aureus iste libellus, quem hic commendat HINC- MARVS, & totum ferme describit, attentionem meretur eo maiorem, quo maiorem Francicarum rerum intelligentiam habuit eius auctor. Tam accurate enim, tam exquisite pulcherrimam totius aulae dispositionem & ordinem ante oculos ponit, tam diligenter Comitis Palatini, Cancellarii, Camerarii, Senescalci, Marefcalci, caeterorumque

compilatorem HINCMARVM, REMENSEM illum, & Laudunensis aduersarium, ENGELBERTVM (b) item

officialium omnium, maiorum, minorum, munera describit, tam fufe de reliquis aulicis, de imperii ipsius administratione, de comitiis generalibus, ac specialibus, de sessu magnatum & aliis agit, vt Francici status plenam fere noticiam ex praestabili illo monumento, cuius nobiliorem partem, veluti fractam ex naufragio tabulam, conseruatam esse laetamur, haurire liceat.

(b) De Coenobio Admontenfi in Stiria, eiusque fundatione videndi sunt post alios, CODEX DIPLOMATICVS illius monasterii, *T. III. thesauri anecdotorum nouissimi, parte III. p. 659. seq.* WIGVLEVS HVND a SVLZENMOS, in metropoli Saluburgensi, parte I. p. 8. & FRANCISCVS DVCKER p. 89. seq. *der Salzburger Chronick. EN-*

GELBERTVS eius antistes, saeculo XIII. & XIV. ineunte, sub Rudolpho I. Habsburgico, & Henrico VII. Luxemburgico in primis floruit. Vtrumque ipse testatur, prius in EPISTOLA AD VLRICVM VIENNENSEM de vita & studiis suis, *T. I. thesauri anecdotorum Peziani, parte I. p. 429. seq.* posterius c. XVI. de ortu & fine Imperii Romani p. 59. 60. De vita huius Abbatis, de factis, & ingenii foetibus, praeter CASPARVM BRVSCHIVM, & IOACHIMVM CLVTENIVM, in praefatiunculis, TRITHEMIVS & CAVE nonnulla, sed pauca afferunt, alter in catalogo illustrium Germaniae virorum p. 136. & in descriptoribus ecclesiasticis opere p. 275. alter in Historia litteraria scriptorum ecclesiasticorum p. 523. At Reuerendus Pater BERN-

BERNHARDVS PEZIVS, parte altera dissertationis isagogicae ad tomum I. thesauri §. IX. p. LXL. seq. multo plura, multo solidiora suppeditat, quae non exscribo. Librum huc spectantem de ortu, progressu & fine Imperii Romani ediderunt CASPARVS BRVSVS, Basileae a. 1553. 8. IOACHIMVS CLVTENIVS, Iuris olim in Argentinensi academia Professor, vna cum aliis praeis atque insignibus auctoribus, Offenbaci a. 1610. 8. & denique COLLECTORES BIBLIOTHECAE MAXIMAE PATRVM, ex recensione ANDREAE SCHOTTI, T. XXV. p. 362. - 378. Comparant sane & ibi nonnulla, quae in rem nostram sunt, vt, cum e. X. p. 32. ostendit, electione imperium deferri, non successione aut sanguinis iure, cum e. XVI. p. 38. obseruat, imperium nostrum semper fuisse morbidum, turbidum, inquietum, cum eod. cap. p. 63. pronuntiat, regna Hispaniae, Franciae, Angliae, Hungari-

ae, vna cum terris Slaucorum Bulgariae & Graeciae - - modo non subesse imperio de iure, in Africa vero & in Asia ultra mare idem imperium nihil habere; eaque in causa prudentior est editore suo CLVTENIO, qui in sylloge quotidianarum rerum §. X. p. 25. 26. absortum esse putat & minus iustum, simpliciter affirmare, Galliam, Hispaniam, Angliam, nullo modo Romani imperii nexu contineri, sed perpetuae libertatis beneficio gaudere, ac superiorem non agnoscere, Hispaniam vero nominatim de facto se excoisisset, praesertim cum ipse sibi non obscure contradicat, & in adnotationibus subiunctis fateatur, omnia ista regna nunc non agnoscere superiorem. Aequior est ANDLERO, quae fieri vix possunt, vanissime optante, & l. i. Iurisprudentiae publicae ac priuatae tit. V. parte II. §. IV. p. 153. non sine verborum strepitu exclamante, Pareat (imperio) Africa. - - Redeat ad imperium Asia - - Redeat Gallia - Redeat Britannia &c.

tem, ADMONTENSIS COENOBII
ABBATEM, PETRVMQUE DE AND-
LO (c) nobilem virum, adduxisse suf-
ficiat. Vbi tamen facile concedo, le-
via

(c) PETRVS DE ANDLO,
Columbariensis ecclesiae
canonicus, & decretorum
doctor, medio saeculo XV.
vixit ac floruit, annoque
1460. libros omnino duos, de
imperio Romano, Regis & Au-
gusti creatione, inauguratione,
administratione, officio & po-
restate Electorum, aliisque impe-
rii partibus, iuribus, ritibus &
ceremoniis, ad preces, vt vi-
detur, Georgii de Andlo,
Basileensis ac Lutembacen-
sis ecclesiarum praepositi,
composuit, quemadmo-
dum ipse in epistola ad Fri-
dericum V. *dedicatoria* & l. II.
operis c. XX. p. 140. indigitat.
Vel sola inscriptio docet,
vniuersum librum ad iuris
publici argumenta pertine-
re, vnde MARQVARDVS
FREHERVS dignum iudi-
cavit, quem ex Bibliotheca

Palatina Heidelbergensi
produceret, ac publica luce
donaret, suisque amplissi-
mis notis illustratum Mat-
thiae Imperatori a. MDCXII.
inscriberet. Idem opus in
REPRÆSENTATIONE
REIPVBLICAE GERMA-
NICAE Norimbergae a. 1657
imprensa p. 5. -- 225. reperit-
tur. Recensere possem mul-
to plures. Possem AGO-
BARDVM commemorare,
& AVCTOREM LIBEL-
LI, qui de *iuribus Imperato-*
rum ac privilegiis inscribitur.
Laudare possem VALTRA-
MVM & HVGONEM, il-
lum Naumburgensem Epi-
scopum, hunc Floriacensem
monachum. De DANTE
ALIGHERIO iudicare pos-
sem, itemque de magistro
IORDANE. Possem LV-
POLDVM BAMBER-
GEN-

via saepius esse, quae illi adnotaverunt, quandoque etiam falsa & manifeste inepta propugnasse, vel certe peregrina quamplurima, & ad rem minus facientia hinc inde infarsisse, sic ut densis tenebris immerfa, pulvere & squalore obducta (d) iacuerit

B no-

GENSEM, MARSILIVM PATAVINVM, HENRICVM CHACHEMIVM, RADVLPHVM DE COLVMNA, FRANCISCVM DE ZABARELLIS, THEODORICVM NIEMIVM & alios forte pro merito commendare. Possent de NICOLAO CVSANO, RVDOLPHO PRAELLAE, & AENEAE SYLVII de *affluente Romani Imperii* libro sententiam ferre. Possent adhuc complures producere in theatrum. Sed contrahenda nunc sunt vela, & propter graves causas phi-

losophandum est paucis. In Historia tamen Iuris publici olim edendi singulorum sententias, & sana vel male sana principia diligenter examinabo.

(d) Quam misera Iuris publici reformationis adhuc tempore facies fuerit, Illustris LVDEWIGVS in eruditissima *praefatione* ad T. II. der *Erläuterung der gültigen Bullen §. XXXI. p. 20. 21.* HENNINGI GÖDENII, Icti Vitembergensis exemplo praeclare demonstravit. Is enim non modo Auditoribus, scholas de Imperatoris electione aperiendas, barbara ista & im-

nobilissima disciplina, vsque dum post A R V M A E I (e) tempora summorum virorum ope, Ictorum nempe, Politicorum, Historicorum mutuis coniunctisque studiis opportunè reciperetur a situ, protraheretur in lucem, & pedetentim atque sensim ad illud eveheretur sublime fastigium, in quo nunc consistit.

§. II.

Potestatem supremam in matrimonialibuscausis, G V I L I E L M V S O C -
K A -

impolita scheda, indicabat: *Sum lecturus scholaribus meis practicam & modum eligendi Romanorum Regem ... ut scholares Wittenbergenses aliqua audiant de cursibus mundi; Sed in consiliis quoque ad A. B. inter alia multa valde absona statuerat bonus vir, Eusebium iam tum decidisse, eligendum Imperatorem, natiuitate &*

patria Germanum esse debere.

(e) De DOMINICO A R V M A E O nobili FRISIO, & in illustri Salana iuris Professore, FRANCISCVS SWEERTIVS in *Athenis Belgicis* p. 220. conferri meretur. Ita scilicet nobilissimam disciplinam a generoso ac nobili virto instaurari oportebat.

KAMVUS, Franciscanus monachus Imperatoribus sigillatim vindicare studeuit; (f) & dubio caret, Caesares olim ac Reges nostros id sibi iuris saepe arrogauisse (g).

B 2

§. III.

(f) In tractatu de iurisdictione Imperatoris in matrimonialibus causis apud MELCHIOREM GOLDASTVM, T. I. Monarchiae Imperii p. 21. 25. De ipso libelli auctore videndi sunt post alios IOANNES TRITHEMIUS de scriptoribus Ecclesiasticis p. 312. 13. MATTHIAS FLACIUS in catalogo testium veritatis T. II. L. XVI. p. 768. 769 ROBERTVS BELLARMINVS de scriptoribus Ecclesiasticis, p. 217. AVBERTVS MIRAEVS in aulario de scriptoribus Ecclesiasticis cap. CCCCXXII. p. 267. GOLDASTVS in Dissertatione de auctoribus T. I. Monarchiae praefixa n. V. HENRICVS WHARTON in appendice ad Historiam litterariam GVLIELMI CAVE p. 18. sequ.

(g) Ludouicus Germanicus enim, narrante ANNALISTA BERTINIANO ad a. 865. rescindebat matrimonium, quod filius Ludouicus Saxo cum filia Adalardi contraxerat. Carolus caluus Imperator a Ludouici Balbi consortio Angardam interposito iurisiurandi sacramento separabat, licet iam duos ex ea liberos suscepisset, dicente REGINONE I. II. Chronici ad a. 878. p. 57. Vta Regis Arnulphi coniux, adulterii nomine suspecta, purgare se marito de flagitiosissimo crimine debebat, idque in publicis regni comitiis, interueniente solenni LXXII. principum iurando, ceu apud HERMANNVM CONTRACTVM ad a. 899. p. 379. le.

§. III.

Legitimandi ius nunc sine, [b] nunc cum

legitur. Cum Sigismundus, Halberstadiensis Episcopus, Henricum Saxoniae Ducem execratione devinceret, quod Hatheburgam velatam viduam, soluto castitatis voto, uxorem duxisset, rem totam aegerime ferens Rex, extemplo imperabat antistiti, ut vinclos solveret, & causae decisionem ad suimet praesentiam differret, quae verba sunt DITMARI l. I. Annalium p. 325. Margaretha, ob oris deformitatem Maultaschia dicta, cum marito priore Ioanne faciebat diuortium, Ludouico Brandenburgico iterum nuptura, Imperatore nimirum Ludouico IV. ita volente, iudicante, primi matrimonii vinculum ex plenitudine potestatis solvente, connubium vero nonum auctoritate sua firmante, in tabulis apud FREDERIVM T. I. Scriptorum

Germanicorum p. 430. sequi IOANNEM LAVNOIVM de regia in matrimonium potestate p. 527. 530. LEIBNITIVM parte I. Codicis diplomatici p. 154. sequi. alios

(b) CONRADVS IV. in litteris dispensationis super defectu natalium l. VI. epistolarum PETERI de VINEIS n. XVI. p. 715. 16. & T. III. Constitutionum imperialium GOLDASTI p. 398. Cum magister T. de Curis - - pro legitimatione P. S. & M. filiorum suorum, quos ipse dudum in sacris ordinibus constitutus ex B. - muliere soluta se asserit genuisse, maiestati nostrae humiliter supplicauit; nos supplicationibus suis benignius inclinati, praedictos - de plenitudine potestatis nostrae, ex certa scientia eos spurios esse scientes, legitimauimus, & omnia iura legitima restituumus, ut tamquam legitimi, & legitimo iure nati, in bonis paternis & maternis, quae feudalia

non

cum succedendi effectu, [i] in non re-
ga-

B 3

non existunt, succedant, & ad omnes actus publicos, & civiles honores, si casus se ingesserit, admittantur -- obiectioe prolls illicitae in posterum quiescente. &c. Vides, legitimationem & legitimationis effectum in his litteris ad sola allodia pertinere, ad bona feudalia non protendi. Spurii enim, pellicibus orti, ex matrimonio non solenni, vel non legitimo procreati, vniuersam allodiam parentum haereditatem ab intestato cernere haud poterant, multo minus propinquorum, norumque est Ottonis M. exemplum Tagmoni, seu Tangmaro fratri, cum Sigfridi proximi cognati, tum Hatheburgae matris haereditatem auferentis, quod is vtcunque genitus putaretur, apud WITIKINDVM l. II. p. 644. DITMARVN l. II. p. 331. Neque minus singulare est, quod AVCTOR VITAE MEIN.

WERCI Paderbornensis Episcopi §. CV. p. 559. refert, Imperatorem scilicet Conradum II. castrum Pathberch sibi vindicasse, quod eius possessor Bernhardus Comes spurius esset, seu *Wansbürtig*. Idemque Conradus ipse testatur, in tabula apud SCHATENIVM parte I. Annalium Paderbornensium l. V. ad a. 1130. p. 477. Quoddam Bernhardi Comitis praedium, Pathberg dictum, cum mansis decem circa eundem montem adiacentibus --- ideo haereditario iure in nostram potestatem successit, quia --- Bernhardus Comes spurius erat, quod vulgo *Wansbürtig* dicunt. Hanc enim vocem maiores nostri vocabulo *Ebenbürtig* opponebant, vbi tamen haud ignoro, posterius illud in sensu multimodo accipi & diuerso.

(i) A feudali successione cum Germanico, tum peregrino iure

galibus, & regalibus feudis exercue-
runt iidem, in praeiudicium etiam li-
bero-

iure, nothi multo magis ar-
cebantur. IVS FEVDALIS
ALEMANNICVM, c. 1. §.
II. p. 2. die nit elich gebor-
ne sint / die sullent alle
Lehn-Rechts darben. IVS
FEVDALIS SAXONICVM
c. 11. die --- uehliche Ge-
bohrne sin / --- die sullent
Lehn-Recht darben, 2. F.
26. Naturales filii licet pos-
tea fiant legitimi, ad successio-
nem feudi, nec soli, nec cum al-
iis admittuntur. Quando-
que tamen Imperatores se-
terioribus istis legibus de-
rogasse, & naturales filios,
per rescripta sua, deleta na-
tuitatis macula, ad feuda-
lem successionem, in bene-
ficiis praesertim paruis aut
mediocribus nominatim vo-
cavisse constat. Plura ex-
empla SCHILTERVS
affert in Commentario ad I. F.
A. c. XL, §. IV. V. p. 228 - 31.
Nos unicum inde formu-
lam decerpemus, qua Ru-

pertus Palatinus Impera-
tor Gerlacum Granfium ad
haereditatis & bonorum
feudalium acquisitionem
legitimavit (his enim simili-
busque verbis ob receptum
loquendi morem venia
esto:) *Tecum, qui ex soluto &
soluta genitus diceris - - de ple-
nitudine regiae potestatis - -
super natalium defectum mi-
sericorditer dispensamus, te
habetamus, & ad legitima
iura reducimus - - ut in bonis
quibuscunque parentum, agnato-
rum, cognatorum, & quorum-
cunque aliorum, etiamsi feu-
dalia sint, ex testamento & ab
intestato succedere valeas at-
que possis. Et insuper feudorum
mediocrium te reddimus capa-
cem, non obstantibus legibus - -
& consuetudinibus feudorum,
- - & praesertim capitulo na-
turales - - aliisque iuribus
generalibus provincialibus aut
municipalibus quibuscunque.*

(K)

berorum, ex posteriori vero matrimonio procreatorum, quod Friderici II. & Wilhelmi Batavi exemplis per uideri potest, Burchardi Auennensis, & Margarethae nigrae Flandricae filii, ex soluto & soluta genitis, natales restituentium, & comitatus Hannoniae ac Namurcensem, tamquam feuda imperii largientium, exclusis & praeteritis natis, quos Margaretha deinceps ex connubio cum Wilhelmo de Domnipeira susceperat. (k)

§. IV.

(k) Factum & euentus rei huius loci non sunt. Pleniorum utriusque notitiam cum veteres, tum recentes scriptores dabunt, MATTHAEVS PARISIIVS nempe p. 594. *seqv. Historiae maioris*, AEGIDIVS DE ROYA *in Belgicis annalibus ad a. 1246. p. 41.* IACOBVS EYNDIVS l. 2. *Chronici Zelandiae c. XV. p.*

240. 41. MATTHEVS VOSSIVS l. III. *Annalium Hollandiae & Zelandiae*; praesertim vero publica acta apud MARTENEVM & DVRANDVM T. III. *thesauri anecdotorum novi p. 1021.* atque passim. Totius negotii cardo in hoc verte batur. Burhardus de Avennis cum Margaretha nigra, Flandriae & Hannoniae

niae Comite, libidinosissima femina, sub spe futuri matrimonii, stuprum fecerat, filiosque nonnullos, Ioannem in primis de Auennis dictum, genuerat. E-nim vero dum peregre abit pater, pro confirmatione matrimonii, & liberorum legitimacione supplicaturus, Margaretha veteris amatoris pertaesa, Wilhelmum de Domnipetra sponsum eligit, solenne cum ipso coniugium init, & processu temporis trium filiorum, Guidonis praecipue, patrem facit. Posterioribus ergo istis omnem suam optimam haereditatem relinquere cogitat mater, priores liberos spurios esse & illegitimos causata, Ioannes autem & Balduinus de Auennis Friderico II. Imp. iam dudum supplices facti, legitimorum natalium restitutionem ab ipso expectierant. Annuit toto pectore Imperator, natiuitatis labem non semel, sed iterum iterumque abstergit, Hannoniam & caetera cuncta imperii feuda, (nam

Flandriae Comitatus pro maiori parte aliud forum agnoscebat) Burchardi natis adiudicat, exclusis, vt dixi, Dampetranis, cumque postulato iure suo valere, & domi plorare iussis. Primae legitimacionis litterae, vt opinor, interciderunt: postremae adhuc supersunt, cum sententiae secundum Auennios pronuntiae luculentissima confirmatione. MARTENEVS & DVRANDVS eas publici iuris fecerunt c. 1. Nunc potiora tantum ex illis adducemus: *Dudum, Fridericus inquit, petitione Ioannis & Balduini filiorum Burchardi de Auenis, & Margarethae . . . fidelium nostrorum proposita coram nobis, vt si quis esset in eis defectus natalium, legitimacionis beneficio dignaremur prosequi & supplere, meminimus eos ex certa legitimasse scientia de nostrae plenitudine potestatis, vt paternis & maternis bonis succedere valeant tanquam legitimi, & de thoro legitimo procreati, ad omnia iura, honores & alia legitimos admittendi,*
sicut

sicut in indulto sibi gratiae nostrae privilegio, insignito bulla aurea ippario maiestatis nostrae impressa plenius continetur. Verum quia nuper ad audientiam nostram transmissa per ipsos conuentione peruenit, quod Guillelmus, Guido & Ioannes, quos praedicta Margaretha de Guillelmo de Domnipeetra postmodum suscepit, ac aliis quidam contra nostrae legitimationis privilegium & honorem, quo praedicti Ioannes & Balduinus . . iam diuinus praemuniti legitimis natalibus decorantur, eos perperam moliantur paternorum & maternorum honorum successione priuare, nos id nolentes aliquatenus tolerare, velut qui causam honoris dedimus, restitutionem natalium indulgentes, quae soli principi Romano in imperio nostro debetur, ad tuitionis tenemur effectum, mandamus & praecipimus firmiter vobis (Hannoniensibus subuassallis) qua tenus . . . non permittatis eisdem fidelibus nostris contra privilegium nostri tenorem damnum vel iniuriam irrogari, iniuriatores eorum ad ea, quae iure legitimationis in toto comitatu

Hannoniae praedictis fidelibus nostris cessura videbantur, nullatenus admitturi. Idque ipsum iudicium a Friderico latum, Wilhelmus Rex non modo auctoritate sua & consensu munivit, sed ad comitatatum etiam Namurcensem extendit p. 1032. 1034. 1053, vt de Rudolpho I. Habsburgico eandem viam ingrediente, nunc nihil dicam. Aliud exemplum in Friderici V. Historia occurrit, Borso Ateftino, Nicolai Marchionis filio, ex nobili Senensi femina utcumque genito, legitimos natales, si non expresse & aperte, tacite tamen restituentis. Hocque factum ex medio aevo in flexu iam constituto, eo libentius profero, quoniam id cum aliqua agnatorum iniuria, detrimento, ac graui damno coniunctum videri poterat. Audiamus AENEAM SYLVIVM in vita Friderici Imperatoris p. Et. Borfius (Nicolai filius) qui nondum erat de feudis investitus, altiore cupiens gradum, ex Marchione se Ducem creari optauit, & iterum p. 94.

§. IV.

Adhaec exempla prostant Augustorum, qui pacta metu [/] extorta resciderunt,

95. Borsius de re sua anxius magnopere apud Caesarem instat, Mutinam atque Regium in ducatum ut erigat sibi que conferat - - - Dicitur Caesarem dubium fuisse. Nam etsi Borsium summa virtute praeditum, quovis honore dignum existimabat, indignum tamen putabat iniusto matrimonio natum, Nicolai patris & Leonelli fratris eum praeferre legitimis, qui exstant, liberis. - - Sed contra multae rationes agebant. Subditi omnes terrarum, concordibus animis Borsium sibi dominum elegerant, Romanus postifex . . . vicariatum Ferrariensem exclusis legitimis haeredibus Borsio dederat, Marchionatus Estensis longa maiorum serie ab illegitimis haeredibus possessus, iam praescriptus videri poterat. Borsius etiam fratris ultima voce praefatus filii ferebatur, nobilitati plerique iuxta dilectum. - - Matrem eius,

etsi legitima Nicolai coniux non fuerat, nobilem tamen ex vetusta Ptolomaeorum Senensium domo natam constabat, honestam & sapientem feminam, neque pretio neque precibus, sed vi corruptam & potentia principis, eni etiam fuisse promissum matrimonium quamplurimi tradiderunt. Quibus rebus videtur Caesar ducatum - - - erexit & Borsio & suis haeredibus ex se legitime descendentibus - - concessit. De legitimatione per subsequens matrimonium alio loco agam, & ostendam, quantum illa in feudis regalibus, & non regalibus, novis & antiquis, pro diversitate provinciarum, consuetudinum atque legum, valeat aut non valeat.

(1) RYDOLPHVS I. in processu contra Valencensem apud MARTENEVM & DV-RANDVM, T. I. thesauri anes-

runt, atque principibus iurisiurandi vinculum, quo ipsi se, coacti tamen, adstrinxerant, non minus quam Pontifices laxauerunt, aut saltem laxare voluerunt [M].

C 2

§. V.

auedotorum noui p. 1241. sequi. Cum apud Haghenoyam anno domini MCCXC. - - in iudicio pro tribunali sederemus, ad nostram - maiestatis notitiam clamorofam insinuationem - - - peruenisse nouerint uniuersi, qualiter praepositi, scabini iurati, communitasque villae Valenchenensis ad nos & imperium directo domino spectantis - - - armati furore, succensirabile illi citis ausibus scelestam ineuntes factionem contra - - Comitem Haynoniae dominum suum - - per metum euidentem continentem necem populi, & excidium terrae ipsius comitis, compulerunt ipsum Comitem quandam litteram ab eis, uel eorum mandato compositam & conscriptam sigillare, continentem, quod ipse Comes suo sigillo omnes suas consuetudines, & leges municipa-

les, quas dictus Comes tunc ignorabat, & adhuc ignorat, approbarec. . . . Considerantes (ergo) litteram supradictam praerexi metui, qui in virum constantem cadere potest, a dicto Comite sigillatam & eisdem traditam, superioris auctoritate non interposita, habere efficaciam non debere, ipsam litteram & omnia contenta in eadem, auctoritate Regis de consilio Baronum & procerum imperii apud Haghenoe praesentium, & per sententiam eorundem reprobamus, renouamus & ac si nunquam scripta, sigillata, uel data fuisset, penitus annullamus.

(m) ALBERTVS CRANTZIVS in metropoli Saxoniae l. XI. c. VII. p. 340. 41. Fortuna sic uoluit, ut Henricus (Dux Brunsvicensis & Luneburgensis, Magni II. torquati

quati filius, a Lippienſi Comite) caperetur - - - Magno aere ex promiſſo (millia centum aureorum fama fait) laxatur. Sed ex tam magno aere non magnum provenit. Nam ipſe Henricus Romam devotionis cauſa profectus, cum conſcientiae ſuae proſpiceret & honori, detecta qualitate captivitatis ſuae, declaratur, non eſſe obſtrictum iuramento, quod praestitit. **BVS-SO WATENSTEDIVS**, in Chronico Mindenſi, in vita Episcopi Ottonis IV. n. XLVII. p. 40. Bernhardus Comes de Lippia cepit Henricum Brunſvicenſem . . . & aurum habuit. Promittit igitur ille pro redemptione centum millia aureorum, datis Comitii obſidibus & facto prius iuramento corporali. Liberatus ergo. Sed abiit ad Rupertum, Romanorum Regem, & obtinet ab eo bannum imperiale, a Papa etiam grandia fulmina contra Bernhardum Comitem eiusque foederatos. **CHRONICON MSS. a. B. MEIBOMIO** excitatum in notis ad **HERMANNI DE LERBEKE** Chronicon Co-

mitum Schaumburgenſium p. 348. Ducebatur Dux (Henricus) captiuus in arcem . . . Valkenberg. Tandem res eſt composita, ut Dux Henricus numeraret centum millia aureorum, datis obſidibus multis equitibus & nobilibus & praestito iuramento. Sed mox ut liberatus eſt, proficiſcitur Dux Henricus ad Romanorum Regem Rupertum, & impetrat abſolutionem a iuramento, & bannum imperiale, praeterea communicationem a Papa contra Dominum de Lippia. **CHRONICON LVNEBURGICVM** vetus p. 195. 96. In dem Jare 1404. wart herthoge Hinrik van gen van Juncker Berende van der Lippe / . . . un deden Keteleren . . . de heelden ene vangen lanoge wile. Thom leſten genoch Hertoge Hinrik Heren unde Fründe, unde des gedingede ſinen Ende vor ein hundred duſend Guldens, dar ſettede he vor to boren vele Heren / Ridder und Knechte und lawes de und ſchwor dat Geld uth togewende. De Heren und

§. V.

Veſtigalia noua inſtituere, aut te-
loniorum iura largiri, inde a ſaeculo
XIII. Caefaribus, vt vel ipſi ingenue
confitentur, niſi cum conſenſu ordi-
num, haud licebat (n).

C 3

§. VI.

und borgern ſchworen un-
de ſavenden alle in ehren
brunden dode ſilve herzin-
rich loſ was / unde loſſte/
eede unde breve gedan had-
de unde vultogen / toch he-
hen vor den Römischen
König Ruprecht : und
leth ſich loſen van den rez-
den unde erwolicken loſſ-
ten. Und ſande darna tho-
dem Paweſte / unde leth
ſich ok abſolueren. Wol-
dat he ſilven in den ſchwo-
ren Breven vorſecht had-
de / dat he ſich noch mit
geiſtlichen noch wertlichen
Rechte / tegen de Breve
und loſſte nicht behelpen
wolde. Exemplum Caroli
V. Imperatoris, Mauritium

& Ioachimum II. a fide pro-
tuenda Philippi, Haſſorum
Landgrauii libertate, inter-
poſita, dicente THVANO
I. VI. p. 134. *abſoluturi, & ob-
ligationis nexu liberos pronun-
tiaturi huc proprie non ſpe-
tat, cum nunc quidem in-
tra medii aeui, cum Maxi-
miliano I. deſinentis limi-
tes, nos vnice contineamur.*
(*) FRIDERICVS II. in
*Diplomate apud WILHEL-
MVM HEDAM p. 195.
Historiae Ultraieſtinarum E-
piſcoporum: Cum apud Era-
ckenfort in curia ſolemniter
indicta iudicio praefideremus,
per principes, qui ibidem ade-
rant, talis data fuit ſententia
& ab eisdem adprobata, quod*
nul-

nullam auctoritatem, siue *Warandiam* telonei in damnum vel praedudicium alicuius, nostra praestare serenitas potuisset. Quare cum de Comite Gelrensi super teloneo, quod se a nobis asseruit tenere, clamor conquequentium non modicus aures excellentiae nostrae pulsauerit, sub obtentu gratiae nostrae eidem Comiti dedimus in mandatis, ac penitus prohibuimus, quod nullum teloneum apud *Arnhem* vel *Oesterbeke* . . . vel in quocunque loco super *Rhenum* deinceps acciperet vel haberet, non obstante aliqua *Warandia*, quam se dixit habere, nec aliquibus litteris obuiantibus a nobis, vel praedecessoribus nostris impetratis, super his litteras apertas uniuersis eas inspicientibus destinantes. *IDEM* in litteris ad *Engelbertum Colonensem Archiepiscopum* p. 197. Nobis apud *Franckenvorde* in curia solenniter indicta iudicio praesidentibus, data talis est sententia, & a principibus ad probata, quod nullam auctoritatem telonei, siue *Warandiam*, in damnum vel praedudicium alicuius praestare possemus.

Cum igitur super teloneo, quod nobilis vir *Comes Gelrensis* se asserit tenere a nobis, querimoniam non modicam audierimus, regia maiestate tibi mandamus, quatenus - eidem Comiti firmiter praecipias, ut nullum teloneum ab *Arnhem* vel *Oesterbeke*, seu *Lebbede*, vel in quocunque loco super *Rhenum* deinceps accipiat, non obstante aliqua *Warandia*, si quam se dicit habere, nec litteris aliquibus obuiantibus a nobis vel successoribus nostris impetratis. Eoque sine dubio respexit *ALBERICVS*, generalem istam & solennem *FridERICI* nostri legem in *Francofurtanis Comitibus* latam describens, parte II. *Chronici* ad a. 1234. p. 549. *Iniusta telonia*, quae a tempore domini *Frederici Imperatoris* (primi scilicet, vulgo *Barbarossae* nuncupati) absque consensu & conuentione principum sunt statuta, per sententiam cassamus ac praecipimus amoueri, & nos telonia nostra nouiter instituta penitus amouemus, transgressores manu potenti extento brachio coercendo. Quemadmodum ergo

§. VI.

Consensu Electorum, & litteris consensualibus, de nenn Wille-Brieffen/ in grauioris momenti causis, vt cum feuda regalia possessoribus vacua, vasallis nouis conferebantur, aut in futurum

pio-

go teloniorum iura sine consensu ordinum data, reuocabantur, & abolebantur, sic reliqua vectigalia, antecedente saeculo XII. cum bona ipsorum pace legitimoque modo exigii incepta perdurabant, quale telonium erat Gerolietanum Theodorico Hollandiae Comiti ab Henrico VI. Imp. & principibus confirmatum. T. I. thesauri anecdotorum noui a MARTENEO & DVRANDO vulgati n. 661 662. Sinceritate dilecti ac fidelis nostri Theoderici, nobilis viri, Comitis Hollandiae, prae oculis habita teloneum in Geroliet ipsi confirmamus, & praesentis scripti patrocinitio roboramus, omni tem-

pore habendum sicut serenissimus pater noster Federicus . . . ipsum teloneum . . . florentio patri dilecti Comitis in feodum ab omnibus transeuntibus concessit. . . . Ex sententia autem nobilium atriae nostrae in maiestatis nostrae praesentia in domo fidelis nostri Tuttonis apud Wznouue indicatum est, & a copioso Episcoporum, Comitum, liberorum, atque ministerialium nostrorum numero approbatum, quod iam flandrenses & alii homines, qui sunt de nostro imperio, quem etiam ii, qui de aliis regnorum partibus veniunt, modo praescripto teloneum debeant persolvere, quam sententiam praesenti privilegio duximus confirmandam . . . Haec sunt haec anno MCCXCV.

(o)

promittebantur, inde ab interregni temporibus videbatur (o) opus, ipseque Rudolphus I. infirmandas putabat

(o) *Vocabulum der Wille Brief* se est in litteris Maximiliani I. quibus Frisiam Alberto animoso, Saxoniae Duci; a. 1498. dono dedit, apud IO. CHRISTIANVM LVNIGIVM, V. C. *Volume 11. des Teutschen Reiches Archiv p. 24. Wie den unsere und des Reichs Churfürsten alle und jeglich/ solch unser Ordnung gewilliget/ und unseren Oheim/ Herzog Albrechten ihre sunderliche Willebriefe/ als in dergleichen Fällen Gewonheit ist/ gegeben haben.* Eamque consuetudinem non heri demum, aut nudius tertius prodire coepisse, sed inualuisse dudum, ex Rudolphi I. Historia luculenter commonstrabo. Concesserat ille Ioanni, Ioannis filio, Hannoniensi Comiti,

Wilhelmi antecessoris exemplo, terras nonnullas Alostanam verbi causa. Primus fere sententiam istam laudavit & adprobavit Otto, Brandenburgensis Elector, peculiariibus litteris, anno MCCLXXXI, medio mense Iulio, FEHRBELLINI in Marchia perscriptis, apud MARTENEVM & DURANDVM, T. I, p. 1161. 62: *Nos clare consentimus, ait, & ad hoc nostrum expressè impertimur assensum, ut dominus noster, Rudolphus Rex Romanorum, approbet, innovet & confirmet, in persona (Ioannis, Comitis Hannoniensi) gratiam, quam - - - Wilhelmus Romanorum Rex inclytus in concessione quorundam fecerunt ipsi & imperio vacantium - - - respexit - - - Ratum habentes & gratum, quidquid dictus dominus noster cir-*

bat chartas, quae a dictis principibus
Electoꝝibus, vel majori illorum parte
adprobatae non essent. [p]

D

§. VII.

ea dictum comitem in praemis-
sa fecerit. Secutus est Io-
annes Saxo a. MCCLXXXII,
(ita enim legendum est c.
l. p. 1132, non a. MCC LXXII,
quem annum MARTENE-
VS & DVRANDVS habent,
cum ultimo illo anno Ru-
dolphus electus nondum
fuerit Imperator.) *Cum spe-*
Etabilis vir, Ioannes de Aues-
nis, comes Haynoniensis in
praesentia . . . Rudolphi . . .
Romanorum Regis propter hoc
constitutus supplicaverit humi-
liter regiae maiestati, quod ea,
quae . . . Willemus . . . Ro-
manorum Rex de terris de
Alost . . . fecit Ioanni de
Auesnis, eiusdem Comitis geni-
tori, renovare, approbare & con-
firmare regia auctoritate digna
retur eidem, dictisque dominus
Romanorum Rex, precibus i-
psius Comitis inclinatus, ea sibi
approbaverit; --- nos dictis re-

novationi & confirmationi ac
novae collationi factae --- no-
strum praebuimus & praebemus
consensum. In cuius rei testi-
monium praesentibus litteris si-
gillum nostrum duximus appo-
nendum. Eiusdem tenoris
Weneri Moguntini, ac Sig-
fridi Colonienſis chartae
sunt, a. MCCLXXXIII. da-
tae, & a laudatis BENEDI-
CTINIS p. 1190 91. partim
recitatae, partim memoratae.
(p) T. i. thesauri anecdotorum no-
vi p. 1169. 70. Tenore praesen-
tium profitemur, & publice pro-
testamur, quod nobis pro tribu-
nali sedentibus in soleſſi curia
nostra apud Nuremberg, senten-
tiam exstitit coram nobis,
omnium principum, nobilium,
ac alterum fidelium, nostrorum,
qui fuerunt praesentia, applauden-
te consensu, quod omnia donata,
cominuata, seu facta quocunque
modo alio, de rebus vel bonis
imperii,

§. VII.

Proscriptio, privatio feudorum, iurium, privilegiorum, [q] capitalis animad-

imperii, per quondam Richardum, Regem illustrem, aut praecessores suos in Romano imperio - nullum habere debeant roboris firmitatem, nisi consensu maioris partis principum, in electione Romani Regis vocem habentium, fuerint adprobata - Datum in Nuremberg -- anno Domini MCC LXXI.

(q) Ita Conradus II. Ernestum privignum, Sueviae ducatu multatum, una cum aliis, quos ille ad defectionem sollicitarat, *communi consilio omnium principum regni, ab Episcopis excommunicari, & res eorum publicari iubebat, apud WIPPONEM in vita Conradi Salici p. 436.* Ita Henricus IV. Egbertum Marchionem, bonis & terris cunctis exutum, tamquam manifestum hostem persequendum censebat, iudicio non suo, sed principum re-

gni, Saxonum & Thuringorum speciatim, utpote rei comprovincialium, ab ARNOLDO BVCHHELIO adservatis, in ad WILHELMVM HEDAM eruditus *notis p. 139, 40.* Ita Henricus V. Lotharium Ducem & Marchionem Rudolphum, sententia principum, Goslariam evocatorum, damnabat, apud ECKEHARDVM VRAGIENSEM, & ANNALISTAM HILDESHEIMENSEM *ad a. 1112. p. 627. 738.* Ita Philippus Suevi successor, Otto IV, Ottonem Wittelsbachium regicidam, in Francofurtanis & Noricis comitiis, *ad voluntatem omnium* proscriptis, dignitatibus, beneficiis, praediorum redditibus, iudiciali decreto orbavit, apud ARNOLDVM LVBECEMSEN I. VII. c. XVI.

p. 740,

adversio, (r) aliaequae severiores poenae, principibus viris imponendae, in publicis regni comitiis cum consensu *statuum, comprovincialium inprimis*, ut ita loquar, plerumque decernebantur.

§. VIII.

Ius circa sacra ad medii aevi mores principibus iam tum alii, & magno erudi-

D 2

rudi-

p. 740. & OTTONEM de S. BLASIO c. L. *appendicis ad FRISINGENSEM* p. 226, ut complures alios, & ferme innumeros casus silentio nunc involvam. C. interim ALBERICVM *ad a. 1234* p. 549. MARTENEVM & DV-RANDVM T. I. *thesauri anecdotorum* p. 1164. 67. 81. 82. 84. 85. 1249.

(r) Ita Bambergensis Comes Albertus, *ad iudicantibus omnibus capitalem sententiam suscepit, dicente REGINONE l. II. Chronici ad a. 905.* p. 73. Ita Conradus I. Erchange-

rum & Bertholdum, laesae Maiestatis reos, in *generali concilio ad extremum supplicium condemnant*, secundum *iuniorum ECKEHARDVM c. 1. de casibus monasterii S. Galli* p. 18. Cumque Otto II. Geronem Comitem nonnullorum instigatione capite plecti iussisset, reprehensus est ab aliis, & ab Ottone inprimis duce, quod ob vilem causam magnum virum damnauisset, narrante DITMARO l. III. *Annalium* p. 343.

ruditionis adparatu [s] vindicarunt. Nos sigillatim tuebimur, Guelphis dicto aevo, inter reliquas duas aetates medio, competiisse facultatem episcopatus instaurandi, [t] antistites sacros per baculum *pastoralem* (t) investiti

(s) IOANNES GEORGIVS REINHARDVS in primis, in meditationibus de iure principum Germaniae, speciatim Saxoniae circa sacra &c. Halae Magdeburgicae a. 1717. editis.

(t) HELMOLDVS I. Chronici Sclavorum c. 87. p. 612. Henricus (Leo) obtinuit apud Caesarem auctoritatem episcopatus suscitandi, dandi & confirmandi in omni terra Sclavorum, quam vel ipse vel progenitores sui subiugaverint in clypeo suo & iure belli. FRIDERICVS I. in Diplomate apud MAEDERVM p. 121. Antiquitatum Brunsvicensium: Nouerit tam futurorum, quam praesentium industria, qualiter nos - - -

Henrico Duci Saxoniae iniunximus, ut in provincia ultra Albim, quam a nostra munificentia tenet, Episcopatus & ecclesias ad dilatandum christiani nominis imperium instituat, plantet, & aedificet. HENRICVS LEO in fundatione Suerinensis Episcopatus d. l. p. 234. 35. Notum facimus vniuersis -- quomodo nos in terra Sclavorum transalbina tres Episcopatus construximus, alio diebus, relictis mensae nostrae dotauimus, insuper ea, quam gladio & arcu nostro quaesiuimus, haereditate ampliavimus.

(t) FRIDERICVS I. in Diplomate d. l. p. 121. 22: Henrico & omnibus sibi in -- provincia successuris concedimus investituram -- Episcopatum Al-

vestiendi, a monasteriis & collegiis
piis (u) angarias, familiaque onera
exigendi, defunctorum sacerdotum
& praesulum mobilia bona in (x) fis-
cum

D 3

denburo, Michilenburo, Ra-
cezburo. Enimvero insigne
hoc investiendi ius iam an-
te exercuerat Henricus,
quam privilegium Impera-
toris consequeretur. HEL-
MOLDVS I. i. Chronici Sla-
vorum c. 70. p. 595. (Vicelinus
Aldenburgensis Episcopus
regnante Conrado III, Fri-
derici antecessore,) suscepit e-
piscopatum per virgam de ma-
nu Ducis. ALBERTVS
STADENSIS ad a. 1152. p. 286.
Dux Henricus Vicelino Epi-
scopo graviter insistit, ut feru-
lam pastorem ab eo reciperet,
quod Brunenses omnino di-
suaserunt; fides tamen, ne Epi-
scopatum periclitaretur. Plura
investiturae exempla apud
eundem ALBERTVM
vide ad a. 1160. pag. 289.
& HELMOLDVM
L. 1. c. 87. p. 612. & apud AR-

NOLDVM LVBECH-
SEM in dirchilis HEL-
MOLDI c. XIII. p. 628.

(u) CHRONICON STE-
DERBURGENSE ad a.
1275. p. 368. Eodem anno orta
est guerra. - & servivimus
domino Duci (Alberto Ma-
gno) cum tribus curibus
sumptuose. IDEM CHRO-
NICON ad a. 1279: Bona &
reditus ecclesiae nostrae fere o-
mnia in dominio Ducis (Brun-
vicensis) sunt sita, unde co-
acti ad servitium Ducis, nos oportet
esse paratos. Et ad an.
1283: Dux (Henricus mirabi-
lus) incepit aedificare castrum
Wolfsbutle. - & quia nobis
in vicino fuit, oportebat, ut
cum magno dispendio tributio-
rum multa importans servi-
tium. - subveniremo.

(x) EXCERPTA EX ORDI-
NARIO ECCLESIAE S.
SOPHIAE IN BRUNSVICO MAT-

cum transferendi, ius etiam primariarum (y) precum, quod vulgo vocant.

§. IX.

Ante interregni tempora aliqui iam Abbates nigri, (z) hoc est Benedicti-

MATTHAEI IN BRUNSVIC ad a. 1293. p. 470. *Dux Albertus, (pinguis) certam libertatem dedit clero, per totam terram & Ducatum Brunsvici, ita quod nullus advocatorum seu bedellorum deberet se intromittere de bonis praebecorum defuncti, neque exactiones seu exactiones tollere seu postulare, prout in privilegio suis liquide continetur, quae in area nostra reperitur.*

(y) BERNARDVS ET HENRICVS DVCE in diplomate Cellis a. 1292. per scripto, apud OTTONEM KVLT. ZINGIVM, in narratione de fundatione & translatione monasterii Hilgenthalensis c. XVI. p. 997. *Wanne en Dorste ubz se vorschreven Herschop Luneborch erst entfanget*

to Vorstande / so giff deme Vorsten en iewelk Closter ene ghestlike Provende / dess ghelik giff moek den Vorsten ene Provende / Wanne se echte Draven nehmet / und nicht mer / und umme anders nener Sache willen / vor wene zena der Closter Ghezette / Wonneheit und Rechte denen biddet / und weme we der provende welk gewet / de wille we benomen in unsere Brewe.

(z) *Nota lector, inquit, ALBERTVS, parte II. Chronici ad a. 1234. p. 550. quod in Almannia omnes Archiepiscopi & Episcopi, & quidam excellentiores nigri Abbates - - - vocantur principes.*

dictini ordinis, principali dignitate
 praefulgebant. Post interregnum vero
 RVDOLPHVS I. Habsburgicus nume-
 rum illorum auxit, Heremi Mariae (aa)
 Praesulem eodem honore decorauit,
 Abbatem in (bb) Baioaria Benedicto
 Bura-

(aa) in Diplomate apud CHRI-
 STOPHORVM HART-
 MANNVM, in *Annalibus*
Heremi deiparae matris mo-
nafterii in Heluetia, in vita Ab-
batis Vldarici II. p. 260. Sti-
pari caeterua multiplici inclito-
rum principum sacri exornat
imperii principatum - - Nos
(itaque) speculo circumspe-
lioni regiae speculantes hono-
rificentiam venerabilis Abbatis
Vrici, (Heremitarum) mona-
sterio Abbatiae titulo praesiden-
ti, eundem collegio nostrorum
principum aggregantes, scepro
regio principatus apicibus feci-
mus insignitum; Mandantes v-
niuersis praedictae Abbatiae mi-
nisterialibus, militibus, subdi-
tis & subiectis, quatenus eidem
ramquam suo principi pareant.

Datum Turegi - - anno . . .
MCCLXXIV. C. AVGVSTINI
ABBATIS epistolam dedica-
toriam ad Maximilianum Ar-
chiducem, laudatis HART-
MANNI annalibus praefi-
xam.

(bb) In diplomate apud R. P.
 BERNHARDVM PE-
 ZIVMT. III. thesauri antec-
 dotorum nouissimi, parte III. in-
 ter monumenta *Historiam mo-*
nafterii Benedictoburani illu-
strantia, n. XP. p. 645. 46. Ve-
nerabilis Ortolfus, monasterii
Burrensis Abbas, princeps no-
ster dilectus, & conuentus ibidem
culmini nostro humiliter sup-
plicarunt, quod cum ipsi officia-
torum sui monasterii principa-
lini congruentium paterentur
defectum, nos eis de suis mini-
 stria-

Buranum, & Werthinensem (cc) ad Ruram, non minus principes salutavit, licet postremi duo titulo isto summo hodie amplius non videntur.

sterialibus, & non aliunde, quatuor officiatos, Marschalcum, Dapiferum, Pincernam, & Camerarium - - constituendi - - auctoritatem plenam tradere de benignitate regia dignemur. C. doctissimi PEZII dissertationem isagogicam in primum thesauri tomum, §. XXXI. p. XVII.

(cc) In diplomate apud NICOLAVM SCHATENIVM parte II Annalium Paderbornensium l. XII. p. 169: Unde

HENRICVS II. AB-
BAS anno adhuc 1361. Dei
gratia Abbatem Monasterii
Werdensis - - sacri imperii
principem devotum se ipsum
adpellat, in egregio monu-
mento, quod Summe Ven-
nerabilis noster SCHMI-
DIVS, Academiae huius
immortale decus, pag. 9. do-
ctissimi libelli de Helmstadio
per Frauvenradam saeculis
XIV. & XV. valde adfecto, pro-
duxit primus.



ULB Halle
003 339 807

3



TA-OL







22

Pub. 3. num. 2
Pa. st. 43.

1723, 4
5

DISSERTATIO INAUGURALIS
OBSERVATIONES
QVADAM
IVRIS PVBLICI
AD MEDII Aevi MORES
COMPLECTENS,

em-103

QVAM
EX SINGVLARI FAVORE ET INDVLTIV
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
DECANO ET PROMOTORE
EXCELLENTISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO VIRO
DOMINO

JO. WILHELMO GOEBELIO
J. V. D. ET P. P. O. CELEBERRIMO
PRO OBTINENDO
DOCTORIS GRADV

TVEBITVR
PRAESES
SIMON FRIDERICVS HAHN
HISTORAR. PROFESSOR P. O.
RESPONDENTE

RVDOLPHO AVGVSTO NOLTENIO
SCHENINGENSI, LL. STVD.
AD D. OCTOBRIS
H. L. Q. C.

HELMSTADII
LITTERIS SCHNORRIANIS.

